Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Peccauimus cum patribus nostris. iniuste egimus iniquitatem fecimus ⁊

Patres nostri in egypto non intellexerunt mirabilia tua. non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae ⁊

Et irritauerunt ascendentes in mare. ⁂ mare: rubrum ⁊

Et saluauit eos propter nomen suum. ut notam faceret potentiam suam ⁊

Et increpauit mare rubrum & exsiccatum est. & deduxit eos in abyssis sicut in deserto ⁊

Et saluauit eos de manu odientium. & redemit eos de manu inimici ⁊

Et operuit aqua tribulantes eos. unus ex eis non remansit ⁊

Duo sunt quae beneficia donantur commendant. Intellectus et memoriae ⁊ quod utrumque inperfidis esse denegatur ⁊ Videbant enim plagas aegyptiorum. et beneficia dei. sed qua causa fierent non agnoscebant ⁊ nec memores erant misericordiae dei. Illidentes exercitum pharaonis. credebant se subsidia euadendi perdidisse ⁊

Dicendo. propter nomen suum. designat dnm saluatorem. cuius uocabulo conuenit saluare periclitantes ⁊ Notum fecit potentiam. utiq. oculis spiritali cognitione. uidentibus ⁊

Saluauit enim xps humanum genus ab ortu daemonum. qui plebem humanam. stimulo peccatorum. et odit et percutit ⁊ Redemit peccatores obnoxios praetioso sanguine ab imperio diaboli ⁊

Dubium non est istum populum ea peccata gemere. quae ex nequitia parentum suorum probantur sustinere ⁊ cum maioribus enim suis peccant. quise ab eorum delictis non separant ⁊ hoc est enim peccauimus. quod iniuste egimus. quod iniquitatem fecimus ⁊

Irritauerunt. id est placatum xpm iracundum sibimet reddiderunt ⁊ Ascendentes. hoc constat dictum positione loci. quoniam aegyptus cunctis regionibus perhibetur et humilior ⁊ Inde ascendentes. petierunt loca altiora ⁊

Increpationem. uocauit occultum diuinitatis imperium. quia mare in exodo uocedi. non legimus increpatum ⁊ sic factum est mare. non p totum. sed tantum quantum illis ter aperiret ⁊ Desertum est in abyssis. qm aquarum inundatio deseritur ⁊ ac sic aridum illa uia fluentorum. ut usque adter puluereum potuisset peruenire ⁊

Hoc nunc simili modo in xno baptismo fit. abluetur homo aquis. et perit diabolus cum satellitibus suis ⁊